Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">  <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Cze

et sagittas tuas de manu dextra tua deiaca Super montes israhel
cades tu et omnia agmina tua et populi qui sunt tecum feris auibus omni generi
latali et bestiis terre dedi te ad deuorandum Super faciem agri cades quia ego lo
cutus sum ait dominus deus Et immittam ignem in magog et in his qui habi
tant in insulis confidenter et scient quia ego dominus deus. et nomen sanctum
meum notum faciam in medio populi mei israhel et non polluam nomen sanctum
meum amplius et scient gentes. quia ego dominus sanctus israhel Ec
ce venit et factum est ait dominus deus. hic est dies de qua locutus sum. et egre
dientur habitatores de ciuitatibus israhel et succendent et comburent
arma clipeum et hastas arcum et sagittas et buculos manuum
et contos et succendent ea ignem septem annis. et non portabunt ligna de
regionibus neque succident de saltibus quia arma succendent ignem et depre
dabuntur eos quibus prius fuerant. et diripient vastatores suos
ait dominus deus. Et erit in die illa dabo gog loco nominatum sepulcro
in israhel vallem maiorem ad orientem maris qui obstupescere faciet pre
tereuntes. Et sepelient ibi gog et omnem multitudinem eius et vocabi
tur uallis multitudinis gog et sepelient eos domus israhel ut mun
dent terram septem mensibus Sepelient autem eos populus terre. et erit
eis nominatus dies in qua glorificatus sum ait dominus deus. et viros ingen
tes constituent. lustrantes terram qui sepeliant et requirant eos qui remanse
rint super faciem terre ut emundent eam post menses autem septem quir
ent sapientes et ambulantes per terram Cumque viderint eos homines
statuent iuxta illum titulum donec sepeliant illum pollutores in valle
multitudinis gog. Nomen autem ciuitatis gog amona et munda
bunt terram Tu ergo fili hominis hec dicit dominus deus. dic omni
volucri et uniuersis auibus cunctisque bestiis agri Conuenite ge
rite conuenite undique ad victimam meam. quam ego immolo uobis
victimam grandem super montes israhel ut comedatis carnes et bibatis
sanguinem principum terre bibetis arietum agnorum et hircorum
et taurorum cunctorum altilium et pinguium omnium Et comedetis adipem in
satietate et bibetis sanguinem in ebrietate. de victima quam ego im
molabo uobis et satiabimini super mensam meam. de equo et de equite fortis
et de uniuersis uiris bellatoribus ait dominus deus Et ponam gloriam